

**VIRO DOCTISSIMO**

*MILANO GROŠELJ*

**professori Universitatis Labacensis emerito,  
diem natalem septuagesimum celebranti**

ORDIRIS SEPTEM DECIES ANNOS NUMERARE,  
EX QUO TE GENETRIX TERRICOLIS TRIBUIT.  
IN VITA TUA DURA FUIT VIA SORTE PARATA,  
USQUE TAMEN CERTUM PROPOSITUM TIBI ERAT.  
NEC LAUDEM NEC DIVITIAS FAMAMVE PETEBAS,  
MAXIMA DOCTRINAE SUNT TIBI GAUDIA ADHUC.  
QUIS NUMERET VOCES, ORTUS QUARUM EXPLICUISTI,  
SERMONIS GRAECI, VERUM ETIAM LATII?  
ARTES MUSARUM GRAECAS ARTESQUE LATINAS  
ARDENTER IUVENUM TU DOCUISTI ANIMOS.  
EN TIBI DISCIPULI CELEBRANTI FESTUM ET AMICI  
GRATANTUR TECUM LAETITIAE SOCI,  
OMNIA FAUSTA TIBI CUPIUNT NEC NON BONA LARGA,  
MUSIS LONGAEVUM MUNUS ADESTO TUUM!